



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 66. Christi sanguis in Anglia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

Sæcul. XIII. Superiores officio privavit; & Fratres
A. C. 1247. minus boni exempli removit. Quam-
 tumvis lassus de via preces horarias ex-
 emplo S. Francisci stans ac detecto ca-
 pite peragebat. Nulla in cibis distinc-
 tione admittenda, proximam quamque portio-
 nem sumebat gratias agens.

§. LXVI.

Christi sanguis in Anglia.

Matth. Par.
p. 640.

In Anglia Henricus Rex ad omnes Re-
 gni sui Proceres scripsit, ut die trans-
 lationis S. Eduardi scilicet 13 Octobris
 Londini comparerent, gratum audiri
 nuncium favoris a Deo sibi nuper exhibi-
 ti. Westmonasterii dicto die præsen-
 ti- bus indicatum est, Magistros Templario-
 rum & Hospitaliorum Equitum per Tem-
 plarium misisse portionem Sanguinis Chri-
 sti crySTALLINO in vase perantiquo cum te-
 stimoniis Patriarchæ Hierosolymitani, E-
 piscoporum, Abbatum, & Procerum Ter-
 ræ sanctæ. Henricus hac occasione
 S. Ludovici affinis sui exemplum, quod is
 in vera cruce honoranda ediderat, imi-
 taturus, in pervigilio festi jejunium co-
 luit pane & aqua contentus; ipso autem
 die in supplicatione publica sacras reli-
 quias solenni ritu a Cathedrali S. Pauli
 Ecclesia Westmonasterium ad S. Petri
 templum

templum tulit, & huic donavit. *Epis-* *Sæcul. XIII.*
A.C. 1247.
 copus Norvicensis rem divinam fecit, fermonemque sacrum habuit, in quo dicebat, has reliquias præferendas esse omnibus, ipsique cruci, cui aspersus Christi sanguis dedisset pretium. Credebatur id afferere hunc in finem, ut Anglia de his reliquiis non minus quam Francia de cruce gloriaretur. Addebat, eas in Angliam esse missas, ut ibi melius affererentur quam in Syria a Christianis pene destituta. Denique cunctorum Præfulum præsentium nomine declaravit, ipsos sacrosanctum ibi sanguinem venerantibus sex annorum & centum quadraginta dierum indulgentiam concedere.

Inter astantes tamen erant, qui murmurarent, ac de facti veritate dubii quærerent, quomodo Christus integer redivivus in terra suum reliquisset sanguinem credi posset? Ergo Episcopus Lincolniensis Robertus Capito præsentibus alloqui cœpit, ac ex apocrypho (ut ipse fatebatur) libro excerpta relatione nixus, dicebat, Josephum ab Arimathæa exempto de cruce Christi corpore solite collegisse vulnere ac præsertim lateris sanguinem, & aquam ipsam ad lavandum corpus adhibitam; dein Nicodemo suæ operæ socio dedisse partem; & sic hunc thesau-

Additam.
p. 1087.

Sæcul. XIII.
A.C. 1247.

thesaurum a patribus ad filios, tandemque ad Robertum Hierosolymitanum per id tempus Patriarcham pervenisse. At hæc longa traditio, & per duodecim sæcula conservatio pretiosi sanguinis probanda erat. Episcopus Lincolnienfis addebat, Regem Angliæ mera ex liberalitate ac modo longe nobiliore has reliquias obtinuisse, quam Regem Galliarum, aliquot abhinc annis pecunia emptas. Ad oppositionem a Christo reviviscente ductam reposuit, sanguinem ejus, in terra relictum, esse similem illi, quem nos per incisionem venæ aut aliter mitteremus, & cujus amissio vivi corporis integritati non obstaret.

Sup. Lib.
LXXXI.
§. 26.

FINIS TOMI XX.



INDEX